

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

COETUS PATROLOGORUM POLONORUM
OMNIBUS HASCE LITTERAS VISURIS
SALUTEM

CUM REVERENDISSIMUS DOMINUS,
ANTONIUS ŻUREK,
SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR HABILITATUS,
PROFESSOR EGREGIUS,
QUI SECTIONIS TARNOVIENSIS FACULTATIS THEOLOGICAE, UNIVERSITATIS
IOANNIS PAULI PAPAE II, DECANI MUNUS LAUDABILITER EXPLEVERIT,
QUI IN EADEM FACULTATE PATROLOGIAM IMPENSA CURA DOCUERIT,
QUI CONSILII SCIENTIARUM THEOLOGICARUM APUD ACADEMIAM
SCIENTIARUM POLONAM INSTITUTI, SOCIUS STRENUUS FUERIT, QUI
DICASTERII DE CULTURA ET EDUCATIONE CONSULTORIS MUNUS
TUEATUR, QUI MULTOS LIBROS ET ARTICULOS SCIENTIFICOS PUBLICI
IURIS FECERIT, QUI QUADRAGINTA QUINQUE ABHINC ANNOS IN ORDINEM
SACERDOTALEM SIT ORDINATUS, QUI SVAE SANCTITATIS CANONICI
HONORE ORNATUS SIT, QUI MODESTIA SINGULARI, PROBITATE EXIMIA,
MORUM INTEGRITATE OMNIBUS VITAE HONESTE AGENDAE EXEMPLUM
PRAEBUERIT ET PRAEBEAT, QUATTUORDECIM VITAE LUSTRA FINIERIT,

AMICI COLLEGAE DISCIPULI

EX ANIMO GRATULANTUR ET OPTANT, UT VALEAT VIGEATQUE IN
MULTOS ANNOS ET PATROLOGIAE STUDIA, QUAE ADMODUM DILEXERIT,
PROMOVERE ET ADORNARE PERGAT.

DATUM TARNOVIAE, DIE XIX MENSIS SEPTEMBRIS
ANNO DOMINI MMXXIII

Textum exaravit et in linguam Latinam vertit Georgius A. Wojtczak-Szyszkowski